

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Hempel Werner Theodor Martini

**Dissertatio Ethico Politica De Summo Bono**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730220702>

Druck Freier  Zugang



R U phil 1648  
Johannes Kempel  
Werner Theod. Martini



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn730220702/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730220702/phys_0002)

DFG


DISSERTATIO ETHICO POLITICA  
*De*  
**SUMMO BONO.**

*Quam*

Summo bonoq; favente Numine  
In almâ ad Varnum Academiâ  
Consensu Amplissimæ Facultatis  
Philosophicæ  
*SUB PRÆSIDIO*  
**VIRI CLARISS. ET HUMANISSIMI**  
**M. JOHANNIS HEMPELII,**  
ROSTOCHIENSIS.

*Ventilationi publicæ submittit*  
Autor & Respondens  
**WERNERUS THEODORUS MARTINI**  
Neo-Soltquell. Palæo Marchicus.

*Ad diem 23. Augusti*  
**In Auditorio Majori horis ante-**  
meridianis.



ROSTOCHII,  
*Typū NICOLAI KILI,* Academia Typographiæ  
ANNO M. DC. XLVIII.



VIRIS

Amplissimis, Consultissimis, usq; rerum Prudentissimis,  
**DN. CONSULIBUS, CAME-**  
RARIIS, ceterisq; SENATORIBUS incly-  
tae Republicae Neo-Soltquellensis, gravissimis,  
spectatissimis, Promotoribus, Fautoribus ac Pa-  
tronis suis omni observantiae cultu ad urnam  
prosequendis.

**N**on minus scite quam vere, non minus Prudenter quam ele-  
ganter V. A. elegantiissimus ille Lyrica festivitas antese-  
gnanus dicit, dum dicit: Omne tulit punctum qui miscuit utile  
dulci. Quod si ut omnibus, qui actiones suas ad laudabilem per-  
ducere metuam discipiunt, ita a precipue & maxime iis qui ad Diva-  
nitatem Eruditionis & prudentiae aulam arhelant, quig; nomen suum  
fama templo ascribi quandam exoptant, observandum venit: Cu-  
n. multum intersit multumq; momenti in eo possumus fieri, ut studia  
præsertim in ipso etatis flore virentissimo recte quis auspiceretur ut  
finis felicior votis illis succedat: | Propterea omnes industria nervi  
intendendi ut non tantu illis, qua animum solum oblectante & solida  
scientia pascunt, omne tempus teramus sed & talia sectemur, que  
ad vitam (qua quasi cerea est) ritè formandam sunt necessaria. In  
curso Philosophico idem observandum venit. In Biparteni hic qua-  
si constituti sumus campo, quorum alter nobis ostendit seriem  
scientiarum variarumq; rerum, quibus animus excoli & instrui  
potest: offerunt se ibidem res tum supranaturales & Metaphy-  
sica, tum Physica & naturales, tum Mathematica que  
omnes solius contemplationis gratia addisci volunt. Ab altera  
autem parte adiungi scientia qua non tantum sciri sed & ad actum  
perdu-

perduci volunt, ut res Morales Ethica Politice, & Oeconomicia.  
Si jam juxta Horat. bene monentem non tantum scibilia addi-  
scantur sed agibilia quoq; adjungantur que dulcissimè conspirant,  
certè omne punctum sublatū erit nec à vera ad Parnassum labo-  
re circum septum viā aberrasse quis iure dici poterit. Hac ratio-  
ne nos quoq; mori prelibatis nonnullis primorib. quidē labris quan-  
tum per ingeniolis satis paupertini tenuitatem licuit qua ad scho-  
lam Theoreticam spectant Philosophorum, adjungere iisdem &  
alia qua ad actum volunt perduci opera haud dispendium  
fore censimus: Materiam præsentem, non indignam arbitrii  
cuius considerationi aliquid temporis impenderemus & ad differ-  
entiunculam publicam revocaremus. Vobis a. V. Amplijs. exercitū  
hæc Academici primitias ut inscriberem tū amor Patrius tū bene-  
ficia in scholâ vestrâ Patriâ publicâ mihi collata quo nomine mul-  
ta vobis debeo flagitare visa sunt. Accipite itaq; illud quamvis le-  
vidense sit quod vobis debetur aquâ frontis serenitate, Studiag;  
nostra ut iamdiu capiſtiis ulteriori benevolentia aura prosequi ne  
dedignemini Valere & favere.

V. O. addictissimo

Wernero Theodoro Martini,  
Au: & Respond.

A 2

DIS-

# DISSERTAT: PHILOSOPHICÆ DE SUMMO BONO.

## THEISIS I.

*Summum bonum aliud est Theologicum,  
aliud Politicum;*



Necquam ad ipsius rei tractationem nos accingamus, generalia quædam consideranda præmittere operæ haud dispendium fore censuimus. Ubi se primo nobis offert distinctio illa notissima qua Sum, bonum dividitur in Æternum & Tempore, seu Theologicum & Politicum. Illud consistit in Dei agnitione & dilectione cum s̄vissimo dulcissimoq; Dei & Angelorū conspectu ac lætitia sempiternâ conjunctâ, ad quod assequendum non per naturæ sed scripturæ & fidei librum viâ datur; ad quod non ratio sed oratio nos ducit: quod à nobis non acquiritur sed ex gratiâ donatur. Hoc autem in hâc vitâ virtutum actionibus nobis comparamus Per quod Deo conformes reddimur, unde Deus ipse Sum, B. vocatur quorsum referendus erit insignis locus Boetii in aureo ejus tract. de consolatione Philosoph. lib. 3. Prof. 10. ubi non tantum Deum ipsum summum bonum vocat, sed & confitendum dicit, Summum Deum summi boni perfecti, esse plenissimum, de quo illum fusè agentem vid. De quo & sequentibus & pluribus noster erit sermo. Illud autem Theologorum scholis altius considerandum permittimus, hoc saltem observato discrimine quod prius dicatur summum è bonis revelatione cognitis, posterius inter bona practica, quæ sibi relicta ratio assequitur.

## TH. II.

*Tractatio de summo bono vel Eudaimonologia potius spectat ad Ethicam quam Politicam in specie sic dictam, quamvis quodammodo etiam Politica vocari posse quatenus Ethica est pars Generalis Politices.*

C. Secundo loco etiam quæstio sapienti & passim inter Philosophos agitata enodanda venit, quâ quæritur an Eudaimonologia à politico an ab Ethico sit perrtractanda? Quamvis hîc primo loco non ignoremus quod

quod communis ille Philosophorum Magister & Coryphaeus Aristoteles in Ethicis & aliis suis scriptis posteritati commendatis multivarias rationes ubiq; annotaverit, quibus doctrinam hanc Politico pertractandam assertit. De quibus videri potest ipse Philosoph. lib. I. Magn. Moral. s. ubi summi boni considerationem ad civilem scientiam reddit, ubi etiam Ethicam Politicæ partem ac principium recte esse docet, ut in totum Ethica Politica appellari possit lib. I. Rhetor. cap. 2. lib. 10 Ethic. cap. ult. & lib. I. Politic. cap. I. Quatuvis etiam in statu & vita solitaria extra civilem societatem sumnum bonum obtinere non possimus; cum ibi sufficientia omnis generis bonorum ad benè beateq; vivendum necessariorum non suppetat, neq; omnes virtutes exerceri ibidem possint, præsertim homiliticæ & jus & amicitia, quæ non minima pars sunt beatitudinis, quoq; coli nequeant, cum extra civilem societatem (dicente Aristot. lib. I. Politicor.) homo vel bestia vel Deus sit futurus, & quæ plures sunt rationes quæ libro I. Ethic. cap. 5. &c. videri possunt; Tamen cum Politica (in specie sic dicta) tota sit occupata circa constitutionem & administrationem Reipub. ad salutem civium ut bonum efficiat civem, satius & rectius agere videntur illi, qui Eudaimonologiam cum Aretologiâ melioris doctrinæ gratiâ connectere non dubitant. Ut ita generalioribus quæ ad meliorem ipsius Politices explicationem & intellectum faciunt, in Ethicâ tanquam parte generali ipsius Politices præmissis, specialius objectum nempe Rempub. variis modis considerandam Politicus sibi assumere expeditius possit; Quam viâ in Philosophia quæ ad humana pertinet ipsum Aristotelem tenuisse inspectio capit is decimi tert: lib. 10. Ethic. docere poterit. Nec vero obstat quod sumnum B. sit finis Politices & ad illam faciat, cum & actiones hominum secundum virtutem institutæ quodammodo faciant ad ipsam Politicam unde & libenter concedimus, quod quatenus Ethica vocatur Pars generalis Politices, doctrina hæc in totum vocari tam Politica quam Ethica possit.

TH. III.

Η Εδαιρονια ἔστιν ἐνέργεια ψυχῆς λογικῆς κατ' ἀρετὴν αείσην νοή πλειστήν εὐ βίῳ τελείῳ h. e. summum bonum est operatio si ve

attio anima rationalis secundum virtutem optimam &  
perfectissimam in vita perfectâ.

Præmissis hisce jam ad ipsam definitionem S. B. nos conferimus

quæ ab Aristotele nobis traditur lib. 1. Ethicor. Nicomach. 7. Circa  
quam duo notamus Definitum & definitionem ipsam. In definito præ-  
cipue notandum nil occurrit præter appellations quas sortitur varias  
præsertim à Græcis, vocatus enim ab aliis ὁ διορθωτής, ab aliis ὁ τυχίας  
felicitas summa, ab aliis εὐζωία sive beata vita, μακεσσός, η ἀγα-  
πὴ &c. & quæ plures sunt appellations passim apud Autores Græcos  
occurrentes. Latinis notanter dicitur Summum bonum civile, Practi-  
cum, Humanum, Beatitudo vel felicitas summa Germanis das höchste  
Gut. Definitio ut in aliis ita & hīc absolvitur Genere & differentia. Ge-  
nus recte dicitur actio seu operatio. Summum Bonum etenim non  
in nuda scientiā vel habitu virtutis (ut postea audiemus) sed in ipsā actio-  
ne virtutum consistit. Si quis enim cognitionem omnium virtutum  
præ se ferat exactissimam, bene de iis disserere, & alios etiam ad virtutem  
informare valeat, vitam autem degat vitiosam & vel in defectu vel in  
excessu à vero rationis & virtutis tramite exorbitet, illi Summi boni pos-  
sessio non nisi in injuriā attribui poterit. Accedit etiam hoc quod unum-  
quodq; tum sit maximè perfectum cum in actu consistit. Quo collimat  
Philosophus lib. 1. Magn. Morali cap. 3. dicens: Quorum usus & habitus  
est semper melior & optabilius eorum est usus habitu. Usus enim &  
actio finis cum sit propter usum ipse habitus est. Jam cum virtutis &  
actio & habitus sit certe actus sive operatio præstantior erit. Manet ita-  
que cum Philosopho Summum Bonum non in virtutis habitu sed  
actione consistere. Loco differentiæ autem inter alia non sine causâ à  
Philosopho dicitur quod sit actio *anima rationalis*. Cum enim anima  
vegetativa & sensitiva nobis cum brutis communis & oratione & ratio-  
ne ab anima hujus tertiaz vi proveniente homines distinguamur; in  
bruta actionem virtutum cadere nemo nisi qui apertis oculis cœcutire  
& verâ cum ratione insanire velit, asseverabit. Ultimo loco recte adji-  
ciuntur verba secundum virtutem optimam in vita perfectam. Nam pri-  
mum quod attinet imperfecti habitus vel actiones non merentur no-  
men habitus vel actionis, multo minus E. Summum Bonum constitue-  
re possunt. Deinde etiam omnes virtutes debent esse conjunctæ, nam  
operatio secundum unam virtutem neminem facit beatum. Quod ta-  
men intellige non de omnibus virtutibus in gradu excellentissi-  
mo & perfectissimo, sed de virtutum inchoamento modo inter illas una  
præmineat quæ in subjecto multis actibus confirmata sit. Reliquis au-  
tem

tem verbis pueri sive ætate sive moribus & similis farioæ homines &  
Summi Boni fruitione & possessione removentur una cum omnibus il-  
lis qui vitam degunt solitariam & virtute nullâ instructi & ornati sunt.  
Nam licet pueri rationis non sint expertes, tamen propter ætatis imbe-  
cillitatem ad virtutum actiones non sunt idonei. Unde rectè Vir seculi  
nostrî haud postremus Horneius lib. i. Civil. doctr. de morib. cap. 2. §. 8.  
dicit quod Ethices vel Politices auditor idoneus non possit esse quivis  
cujus ætas aliarum disciplinarum est capax sed ille demum qui præterea  
etiam rectè natus & educatus est, ut non tantum aliquod discrimen ho-  
nestorum & turpium jam norit sed & assue factus non nihil sit ad animi  
affectionis domandos & refrenandos. Requirunt alias alii ad vitam perfe-  
ctam (2.) temporis diuturnitatem, nam una actio non efficit bonum  
hominem & beatum sed multæ aliquot annorum cum virtutis habitu  
vid. Batt. lib. i. Ethic. cap. i. in Enchirid.

#### T H. I V.

Summum bonum nec in virtutis habitu, nec in contemplatione  
rerum naturalium, Philosophicarum, mathematicarum &c.  
Neg. in divitiis, Neg. in honore, neg. in gloria, neg. in dignitate  
& potentia, neg. in voluptatibus corporis, neg. in robore  
corporis, & fortuna donis reliquis, sed in sola  
virtutis actione consistit;

Quod hoc ita se habeat ex proprietatibus vel requisitis quæ à Philo-  
sopho S. Bono attribuuntur, cognosci potest. Nam (i.) juxta Aristot. lib.  
i. Ethico, 4. Sum. B. sit τὸ ἀγανόν i. e. agibile. Jam vero scientia rerum  
Philosophicarum sive sint mathematicæ, sive naturales sive transcendan-  
tales non ad operationem tendit sed in nudâ contemplatione consistit  
& acquiescit. Nos autem summum bonum sine actione consistere non  
posse antea declaravimus & bonum querimus Practicum non contem-  
plativum. Accedit & hoc, quod contemplatio rerum Philosophicarum,  
vel artium & scientiarum tam in pessimis quam bonæ frugis homines  
cadere possit, quod de Sum. B. non facile ausim affirmare. Hinc licet  
quis vel Platone sapientior, vel Socrate prudentior, vel Aristotele doctior  
existat, moribus tamen haud venustis decoratus ab actione virtutum  
abhorreat, Eruditu nomen vix obtinere, summi B. autem possessionem  
sibi

fibi artogare minime audebit. Unde recte dixit Philosophus ille : quod Ars cadat in pessimos non virtus.

II. Secunda proprietas S. B. est, quod non sit nihil agentis & otiosi, hinc recte diximus in thesi quod in habitu virtutis non consistat. Nam qui habitu virtutis est praeditus, habitum autem illum non deducit in actum, beatitudine summam recte carere dicitur. Alias enim inter miserum & beatum dormientes, inter nebulonem pessimum & virtutis studiosissimum modo feriantes nullum foret discriminem. Præterea etiam in genere bonorum quorum usus est & habitus ille hoc perfectior & præstantior est.

III. Summ. B. juxta Aristot. lib. 1, Ethic. 13, & lib. 1, Ethic. 3. sit ~~avt̄~~ ~~πρότερον~~ Propter se expetibile ~~καὶ δυσφαγετὴ~~ & difficulter mobile. Hinc ~~δινίας~~ (ut ordine procedamus) summum bonum constitutre non posse recte concludimus. Si etenim rem ad veræ rationis & judicii trutinam aliquanto exactius ponderamus, non possumus quin Philosophorum haud postremo Boetio hâc de re egregie lib. 2. Prof. 2. differenti auscultantes calculum nostrum addiciamus, ubi inquit: Hoc quoq; maximè considerandum puto, quod nihil suapte naturâ habeat pecunia, ut his à quibus possidetur invitî afferri nequeat, cum eam quotidiè valentior rapiat invito? Unde enim forenses querimoniæ, nisi quod vel vi vel fraude à nolentibus pecunia repertuntur eruptæ? Nec egeret quis exerto præsidio nisi pecuniam quam possidet amittere posset. Hæc ille. Cum itaq; divitiæ tanquam fragilia fortunæ dona quæ cum splendent, franguntur (1.) facile hominibus eripiantur (2.) nec per se expectantur, sed usus quem in civili vitâ præbent gratiâ, non immerito Eruditorum natio cum omnibus, quibus de meliore luto sinnit præcordia Titan, illas Summi B. nomine indignas censet & dijudicat. Quamvis quidem non negemus (ut infra etiam audiemus) quod divitiæ multum faciant ad Summi B. adceptionem, cum virtutes multæ sine iis exerceri nequeant ut Liberalitas Magnificentia &c. tamen Secundarii & concomitantiis boni vel instrumenti potius quam S. B. nomine illas venire censemus. Aliud enim est Summum B. non posse esse sine bonis fortunæ, aliud autem est S. B. esse ipsa bona fortunæ Hornei, lib. 1. Ethicor.

IV. Sit μὴ βίαιον non violentum h. e. à vi & fraude alienum neq; illis obnoxium lib. 1. Ethic. 3. Ex quâ proprietate etiam insuper probare possumus quod in divitiis non consistat S. B. cum maximè technis & violentiæ sint expositæ.

(V.) De-

V. Denique Felicitas Summa dicente Aristot. lib. i. Ethicor. 3. & lib.  
Ethic. 5. sit οὐκέτι τοις ἀγαθοῖς καὶ μεγάλοις. i. e. sit bonum proprium &  
domesticum & seipso contentum, ne ab aliis petere cogatur, nec extra  
illud etiam aliud querat bonum. Si jam ultimo nos convertimus ad  
voluptates corporis, vel honores dignitates & potentias, neq; has pro-  
prietates cum aliis eis inesse deprehendemus. Honores enim nec in no-  
strâ sunt potestate, nec probis semper deferuntur, sed & in improbis-  
sum nonnunquam cadunt, præsertim hocce seculo Martiali, & incon-  
stantissimæ iterum fortunæ dona audiunt. Unde magni quidam nomi-  
nis Philosophus rectè dicit, quod perratum sit ut probis honores defe-  
ranter. Sed si deferuntur quid magis placet quam probitas utentium,  
cum non virtutibus ex dignitate sed dignitatibus ex virtute honor acce-  
dat. Et postea addit (quæ verba non possumus quin hic ascribamus)  
Si ipsis dignitatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis & proprii  
boni nunquam pessimis provenirent. Neq; enim solent adversa-  
sociari. Natura respuit ut contraria jungantur. Ita cum pessimos digni-  
tibus plerumq; fungi dubium non sit, illud etiam liquet natura sui bo-  
na non esse, quod quidem de cunctis fortunæ muneribus dignius exi-  
stimari potest, quæ ad improbisimum quemq; uberiora proveniunt.  
Hact. ille lib. 2. Prof. 2. (2.) Nec honor est bonum propter se expetibile,  
cum non virtus ob honorem sed honor ob virtutem à nobis expetatur.  
Voluptates deniq; corporis, fragilissimæ vilissimæq; rei corporis servi-  
tium, non facile quempiam cum Epicuro (quanquam & non nulli vo-  
luptates illum animi intellexisse & ita excusandū contendant) pro Sum-  
mo B. agnoscere puto. Nam (1.) illæ nobis non sunt propriæ, sed cum  
bestiis communes, unde nobis non quatenus homines, sed quat anima-  
lia sumus, competunt (2.) inconstantes & vernalium florum ut ait Boet.  
lib. 3. de consola. Phil. mutabilitate fugaciores, & deniq; (3.) tum ratio-  
ne originis tum ratione operationis violentæ. Quarum appertenientia ple-  
na est anxietatis, satietas vero pœnitentiae, Quatum principium dulce est  
sed finis amarus, quæq; sub specie boni non raro in malum degenerant.  
Eadem ratione quoq; utimur contra bona corporis & robur quibus &  
à bestiis superamur. Quis enim Elephantes mole, quis Tigres velocita-  
te, quis tauros robore superare poterit? In solâ itaq; virtutis actione his  
remotis & præmissis Summum B. consistere extra omnem dubitationis  
& controversiæ aleam ponendum esse omnino & putamus & asserimus.

B

TH.V.

TH. V.

Dari aliquod Summum Bonum ratio evincit, nisi processus concéderatur in infinitum. Omnia enim actionum, tam naturalium quam civilium datur finis. Civilium autem est summa beatitudo, cuius gratia reliqua expetuntur, ipsum autem summum bonum propter aliud non amplius expetitur.

TH. VI.

*Media ad Sum. B. ducentia sunt virtutes earundemq; actiones, accidentia autem quæ ab aliis etiam adjuncta vel concomitancia vocantur, sunt bona partim animi, partim corporis, partim fortunæ.*

Inter hæc tria bona Summo Bono inferiora vel quasi ministrantia primas sibi merito vendicant animi, propter subjecti excellentiam. Per quæ h. l. nil aliud intelligimus quam animum pacatum, tranquillum & ab omni scelerum conspersione purum. Vocatur etiam ab aliis Bona conscientia. Quæ ab aliis definitur, quod sit jucundus & pacatus animi status qui rectè facta comitur. Consistit hæc (...) in tranquillitate mentis, qua quis bene sibi conscius nullasq; pñnas metuens benefactorum præmia sperat & (2.) Lætitia cordis, quæ bene factorum memoriâ dulcissimâ sibi ipsi gratulatur & lætitia licetâ quasi exultat vid. Fabric. in thesaur. Philos. Tab. 12. Ethic. Referunt etiam huc nonnulli nobilitatem generis. Verum cum hæc potius sit bonum fortunæ & parum etiam faciat ad summi boni adeptionem & fruitionem, cum nobilis arte plus sit quam nobilis ortu, materiam hanc aliis prolixius & enucleatus tractandam deferimus & relinquimus. Nos potius pergitus ad bona corporis.

TH. VII.

*Summum bonum sine bonis corporis & fortuna facile obtinere non possumus. Aliud autem est summum bonum sine iis esse non posse & aliud est bona corporis & fortuna esse ipsum summum bonum.*

Ad bona corporis præcipue referunt (1.) Sanitatem, quæ quid sit ex opposito illius nempe morbo facile cognoscitur, ut ad declarandam hanc rem definitione opus vix esse videatur. Definiunt alias illam alii quod sit humorum & partium corporis congruens ad naturam cum optimâ

optimâ temperie unio ac dispositio. Sed res clarior est quam ut defini-  
tione indigeat. Quod ad virtutes obeundas sit necessaria neminem in  
dubium vocare puto. Qui enim perpetuo quasi morbo grabato affixi  
luctantur, quomodo illi virtutes exercere poterunt omnes, cum potio-  
rem curam & omne tempus vitæ suæ non ad animum sed corporiscuran-  
dum potius in sumere cogantur. Et ipse Aristot. lib. 10 Ethic. 8. inquit.:  
oportet ut corpus valeat & alimentum & cætera ad sustentationem ne-  
cessaria suppetant. Si per omnes virtutes fieret inductio, quod nobis hic  
non licet, res facile pateret. (2.) Bon's corporis annumeratur Pulchri-  
tudo, quæ apta est figura corporis & membrorum vel bona forma,  
quam mutam commendationem vocat Aristot. Hæc licet parum fa-  
ciat ad summam felicitatem cum formænitor (juxta Boetium:) rapi-  
dus & velox sit immo vernalium florum vicissitudine mutabilior tamen  
juxta Virgil. lib. 5. Æneid. Gratiор est pulchro veniens è corpore vir-  
tus. Et egregia corporis species præsertim verò virilis simulacrum est  
mentis figuraq; probitatis, ut ait Schonborner in Polit. lib. 1. de marit.  
& uxori. In cæteris autem qui cum Thersite certant, quosq; naturæ po-  
tius errores quam homines dixeris sæpe deformitas corporis cum tur-  
pitudine certat ingenij, ut animus eorum dignissimo domicilio inclu-  
sus videatur ut ait Vell. Patere. lib. 2. Unde Eumenid. Paneg: Non fru-  
stra dicunt doctissimi: Naturam ipsam magnis mentibus domicilia  
corporum metari, & ex vultu hominis ac decore membrorum colligi  
posse, quantum illos cælestis spiritus intrarit habitator. Hæc ille. Quam-  
vis non desint exempla quod etiam viri Thersite deformiores ad inge-  
nentes virtutes & summum dignitatis fastigium sint evesti. E quibus nobis  
instar milium esse debet qui Apollini judicio sapientissimus judicatus  
Socrates. Ut ita forma sit fallibile bonum, nec exinde judicum certum de  
homine formari possit. Cum unius cuiusq; natura vultus & frons sæpe  
mentiantur & multis simulationum involucris tegantur ut ait Cicer.  
ad Q. Frat. & sæpe occultet picta se se hydra sub herbâ Horat. (3) Re-  
stat inter bona corporis ultimo ad huc Robur & agilitas membrorum  
in virib. corporis & membrorum qualitate consistens. Quod sum-  
mum bonum in hoc non consistat supra demonstravimus, hæc tantum  
dicimus quod bonum hoc corporis multum faciat ad virtutes præser-  
tum heroicas exercendas, & principe verè dignum donum sit. Quamvis  
sine virtute nullum sit & mole ruat suâ vis consilij expers. Sed virtuti

juncta vis fortior est. Quod ad fortitudinem & virtutes militares quoq;  
non parum faciat nobis persuadent illi qui artes profitentur militares.

T H. VIII.

*Divitiae, opes, splendida edificia, pradia &c. Bona fama, Hono-  
res, amicitia non immerito ad fortuna dona & bona  
referuntur.*

Omne illud quod extrinsecus nobis advenit, nec vero constans  
nobiscum manet sed variis mutationibus obnoxium & multivariis ex-  
positum periculis per fortunæ bona hîc intelligimus. Qualem vero  
Ethnici statuerint fortunam Deam cuivis qui prima saltem limina anti-  
quitatis & ritus veterum salutavit, innescit. Et commendatur fortuna  
globo insidens præcipue ab inconstantia cum inconstantia sit plenissi-  
ma. Primas inter hujus fortunæ bona merito sibi vendicant divitiae quæ  
sub se comprehendunt opes ædificia & alia ad victimum & sustentationem  
necessaria. Quod hæc cùm aliis etiam fortunæ bonis ( quæ singula recen-  
sere nostri non est propositi ) requirantur tanquam instrumentum &  
accidens exinde patet, cum v. c. temperans nemo esse possit nisi habeat  
in quod illam exercere possit. Temperantia enim quæ fit ex necessitate  
non est virtutis sed potius indigentia. Deinde liberalitatem exercere ne-  
mo potest nisi habeat unde, amicitia coli nequit si desinet amici & quæ  
sunt alia. Virtutis n. actio non excludit ea quæ quasi sunt instrumenta  
& materia talium actionum ut ait Aristoteles.

T H. IX.

Sicut summum bonum humanum in actione virtutum perfectissimam,  
ita Summum malum contra in actione viciosissimam proveniente  
ex habitu vicioso consistit. Unde Aristot. rectè improbum miserrimum  
asserit, cum nec aliis nec sibi sit amicus, nec in se aliquid amabile habeat  
lib. 9. Ethic. 4.

T H. X.

Summum b. ratione parentib. vel animalibus brutis & actu & po-  
tentia, infantib. autem solâ potentia denegatur. Hinc nemo nisi poten-  
tia evdaiμων nascitur.

T H. XI.

Felicitas summa non est mortuorum sed viventium. Unde qui  
post mortem S. B. civile manere afferit, idem facit ac si dicat mortuum  
edere

edere, bibere, ambulare &c. Nec vero dicterium illud, quo assertur, quod ante obitum nemo sit censendus beatus, ita simpliciter intellectum, per omnia verum est.

TH. XII.

Quod ad summum bonum proximè vel proprius accedit & optabilius & melius est. Quo magis autem ab eodem remotum, eo magis fugiendum & malum.



COROLLARIA ETHICO-POLITICA.

I.

An Ethica sit pars Generalis Politices? A.

II.

An omne quod appetitur (vel animaliter vel rationa-  
liter, vel naturaliter) sub specie boni vel veri vel  
apparentis appetatur? A

III.

An virtus & vitium possint esse in eodem subiecto eo-  
dem tempore? N.

IV.

An virtuosus censendus qui virtuose agit (1.) inscius  
& sine deliberato consilio (2.) non voluntariè sed  
coactè (3.) accidenter & sine constantia? N.

V.

An fortitudo bellica sit virtus libero homine digna? A.

VI.

An gregarij milites cupiditate pecuniae vel præda-  
moti, vel etiam alij temerè se periculis suapte spon-  
te offerentes fortes dic mercantur? N.

B 3

VII, An

VII.

An ille qui ex necessitate, cibo & potu deficiente, temperanter vivit temperans vocari possit? N.

VIII.

An intemperans dici possit qui aspectu elegantium picturarum, aut concentu Musices suavissimo, aut odore herbarum odoriferarum acceptatissimo delectatur? N nisi id fiat ad voluptates illicitas excitandas, cum temperantia veretur potissimum circa gustum & Tactum.

IX.

An liberalitas & Magnificentia differant? A.

X.

An timiditas majus vitium quam audacia. A. P.

XI.

An joci honesti & moderati itemque ira in reb. honestis licita? A. utrumque.

XII.

An quoddam mendacium licitum? A. scil. jocosum & officiosum.

SOLI DEO GLORIA.

• 6(0) 9 •





**F**elix qui veterum volvit decreta Sopho-  
rum.

Illaq; laudandâ sedulitate legit.  
Tu felix igitur, qui scrutans scripta Sophorum.

W E R N E R E , ingenii das documenta tui.

Perge, Deus saveat studiis, defendere perge,

Atq; sequi summum, quod juvat, arte, bo-  
num.

Sic laus insignis tandem, sic fama manebit,

Sic patriæ magnum surget ad astra decus.

*Gratulationis ergo F.*

*Joachimus Schnobelius,*  
*J. U. D. & Prof.*

---

**B**is duo, M A R T I N I , Tibi sunt bona summa  
parata,

In cœlis unum, sed tria in orbe patent.

Quæ si, ceu precor ex animo, obtigerint Tibi,  
felix,

Imò quater felix jure vocandus eris.

*L. Mq; deprop.*

*M. Johannes Hempelius,*  
*Præses.*

*Si*

**S**i bene perfecta virtutis perfici actus,  
Summō crede Bonō Tute beatus eris!

In honorem & favorem  
Dni, Respond.  
Scripsi

Philippus Zincke/  
Sueto-Marchita

---

**D**um de fine boni Civis discurris in ampio  
Consellu felix lingua VVERNERE Virorum;  
Prosequor ex animo votis tua cœpta sereno  
Queis possis pariter summo mox fine potiri.

Prastantissimo & Politissimo Dno. Respondenti  
Amico singulariter dilecto app.

Johannes Pistorius,  
Schacc: Boruss.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/pnn730220702/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730220702/phys_0019)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730220702/phys\\_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730220702/phys_0020)

DFG

V. Denique Felicitas Summa dicente Ethic. 5, sit οἰκεῖον ἀγαθὸν τὸ καὶ αὐτοῦ domesticum & seipso contentum, ne ab illud etiam aliud querat bonum. Si jam voluptates corporis, vel honores digni prietas cum aliis eis inesse deprehenduntur, sunt potestare, nec probis semper cōmum nonnunquam cadunt, præsertim stantissimæ iterum fortunæ dona audiuntis Philosophus rectè dicit, quod per rarer. Sed si deferuntur quid magis plū cum non virtutibus ex dignitate sed dignitatibus. Et postea addit (quæ verba non). Si ipsis dignitatibus ac potestatibus in boni nunquam pessimis provenirent. sociari. Natura respuit ut contraria junctibus plerumq; fungi dubium non sit, na non esse, quod quidem de cunctis estimari potest, quæ ad improbisimum Hact. ille lib. 2. Prof. 2. (2.) Ne honor cum non virtus ob honorem sed honor Voluptates deniq; corporis, fragilissimū, non facile quempiam cum Epicurus luptates illum animi intellecte & ita eximo B. agnoscerē puto. Nam (1.) illæ bestiis communes, unde nobis non qualia sumus, competunt (2.) inconstantes lib. 3. de consola. Phil. mutabilitate fugacē originis tum ratione operationis viola est anxietatis, satietas vero pœnitentia sed finis amarus, quæq; sub specie boni. Eadem ratione quoq; utimur contra bestiæ superamur. Quis enim Elephante, quis tauros robore superare poterit? remotis & præmissis Summum B. consi & controversiæ aleam ponendum esse o



the scale towards document

Ethicor. 3. & lib. um propriū & gatur, nec extra convertimus ad as, neq; has pro enim nec in no & in improbisimāartiali, & inconi quidam nomis honores defebitas utentium, tute honor acce hīc ascribamus) uralis & proprii solent adversa pessimos digni et natura sui boibus dignius exira proveniunt pter se expetibile, nobis expetatur ei corporis servi & non nulli vo ndant) pro Sum propriæ, sed cum sed quat anima orum ut ait Boet. q; (3) tum ratio appertenientia ple scipium dulce est lum degenerant. robur quibus & Tigres velocita rtutis actione his hem dubitationis nus & asserimus.

TH.V.